

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

An in confectione Eucharistiæ sacrificij inueniatur. Punct. 1

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)



TRACTATVS XXII.

ET

DISPVVTATIO VNICA,

DE EVCHARISTIÆ

SACRIFICIO.

P V N C T V M I.

An in confectione Eucharistie vera ratio sacrificij inueniatur.

1. *Quid sit sacrificium.*
2. *Qualiter sacrificium ab adoratione, & oblatione distinguuntur.*
3. *Proponitur, dubitandi ratio, qualiter in confectione Eucharistie vera ratio sacrificij sita sit.*
4. *Confessio Eucharistie Missa dicitur.*
5. *Vera ratio sacrificij in confectione Eucharistie sita est.*
6. *Res oblatæ est Christus sub speciebus panis & vini.*
7. *Fiat satis rationi dubitandi n.3. adducta.*

RAEMITTENDVM est ex communione Doctorum sententia, teste Henr. lib. 9. cap. 3. Azor. t. 1. lib. 10. cap. 17. quæst. 2. Vals. lib. 220. & ex his qua diximus tr. 8. disp. 2. p. 1. vno. sacrificium propriæ sumptum oblationem esse, qua non solum interius, sed exterius recognoscitur Deus ut supremus omnium Dominus, vitaque, & mortis author. Dicitur oblatio, quia quodlibet sacrificium est oblatio, utpote quo aliquid Deo offeratur, non tam quilibet oblatio est sacrificium, siquidem primitiæ, & decimiæ offerebantur, non tamen earum oblatio sacrificium erat, ideoque in Psal. 59. & ad Hebr. 5. sacrificium, & oblatio ut distincta enumeratur. Inquit enim David: *Sacrificium, & oblationem noluisti;* & Paulus: *Vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* D'inde sacrificio non solum interius, sed exterius debet supremum Dei dominium recognosci. Quia sacrificium est præcipuum Dei cultus externus, eoque populus restatur vnius esse fidei. Hinc colligunt communiter Doctores nullius res oblationem rationem sacrificij habere posse, nisi ad hunc finem à supra potestate fuerit assumpta. Nam cum res ex se hanc significacionem habeat, neque illam habere possit pro cuiuslibet arbitrio, manifeste inferatur à supremo principe, capiteque reipublice illam habere debere. At cum supremus princeps non omnibus indiscriminatim hanc sacrificandi potestatem concederet, sed aliquibus in particulari, iij tantum sacrificare poterunt, ob quam causam dixit Paul. ad Hebr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, &c.* indiget enim assumptione, nec quicquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanguam Aaron. Præterea sacrificio Deus recognoscitur. Non enim alteri quam Deo sacrificare possimus, teste Augustin. lib. 10. de ciuit. Dei cap. 4. & lib. 8. cap. 27. D. Thom. 1. 2. quæst. 93. art. 3. & Trident. sess. 22. cap. 3. non enim aliud à Deo vero, ut supremus Dominus, & omnium author recognoscit potest. Neque his obstat, quod gentes Diis falsis, & de moniis immolantur quia illarum immolatio non sacrificium verum sed sacrificium erat. Neque item obstat, quod sancti martyribus, Angelis, & Deiparæ Virgini templis, & altaria confercentur, quia non confercentur, vt eis sacrificia offeramus, sed vt eorum patrocinia, & orationes inter sacrificandum expostulemus. Tandem sacrificio recognoscit debet Deus non ictumque, sed ut supremus omnium Dominus vita, & mortis author. Ut autem hanc recognitionem res oblatæ significet, per sui mutationem offeratur. Ea enim mutatione restatur sub dominio Dei omnia esse, ipsumque omnia, destruere, &

conservare posse, ideoque nullum sacrificium fuit in lege naturæ, & veteri absque rei oblate mutatione. Nam licet de sacrificio panis, & vini, quod obluit Melchisedech Genet. 14. nullius mutationis scriptura mentionem fecerit, at credendum est panem oblatum esse in cibano coquendum, iuxta illud Leuit. 2. 7. 24. & vinum vel effusum esse, vel in libamem alterius rei oblatæ ipsum oblatum esse, ac proinde per mutationem panis, & vini sacrificium contigisse. Dixi etiam, & interius Deum ut supremum Dominum, omniumque authorem esse recognoscendum, nam si solidum exterius recognoscere absque interiori recognitione explicita, vel implicita, non vigeat, sed sicut sacrificares, quia quatenus à te signum illud procedit, non exprimit internam astimationem Deitatis. Rursus sacrificium præter recognitionem supremi Domini, & potestatis alia motiva accelloria habet, scilicet fieri in gratiarum actionem pro beneficiis accepitis, & in aliorum impetrationem, & in expiationem pro peccatis. Quod si præter hac sacrificium aliquod aliam significationem habeat, ut habuit sacrificium Melchisedech, & Agni paschalium, quod Eucharistiam significavit, accidentalis, & extrinseca est ea significatio, neque ad sacrificij rationem propriæ pertinet, alias supradicta non essent sacrificium, si Christus Eucharistiam non institueret, quod non est dicendum, cum facta fuerint in cognitionem supremæ potestatis per legitimum ministrum.

2. Sed inquires qualiter sacrificium ab adoratione, & oblatione distinguatur, cum possit adorare Deum ut supremum Dominum, & authorem omnium, & sub eadem ratione ei aliquid offerre. Non igitur ab hac adoratione, & oblatione sacrificium distinguitur? Respondeo ab adoratione, & oblatione ab solitè sumptus facile sacrificium distinguitur. Ab adoratione namque distinguitur, quia adoratio non petet Deo aliquid offerri, cum fieri possit signo quodam transire, nolitram erga Deum submissionem significare, quale est inclinatio, genuflexio. At sacrificium aliquid Deo offeratur. Ab oblatione autem distinguitur, quia oblatio per se non petet superiori fieri. Sed quia contingere potest aliquid oblationem fieri Deum ut supremo Domino, ipsumque ea oblatione ut talen adorari, sicuti contingit in oblatione thuri, quo Deus odore perfunditur, videndum est qualiter ab hac oblatione, & adoratione sacrificium distinguitur? Respondeo ex expressiori signo, & significacione distinguiri. Sacrificium namque ex se postular, vt res oblatæ aliquo modo mutetur, ut ea mutatione manifeste exprimitur Deus pro nro sua voluntatis omnia mutare, conferuare, seu destruere posse. Ut adoratio, & oblatio hanc mutationem non expostulant, ideoque non æquæ exprimit supremum dominium, & potestatem. Quocirca in oblatione thuri, & adoratio, & oblatio, & sacrificium esse potest. Sed sub diversa ratione, est adoratio quatenus eo signo te Deo ut superiori submittis; & oblatio quatenus Deo in adoratio conuersum offeratur, qui odos si absque consumptione thuri emittit posset, æquæ oblationi ipsius efficit. Et tamen sacrificium, quatenus consumuntur, & exhalatur, & ea consumptione, & exhalatione, testatur Deum omnia conferuare, & destruere posse, supremumque dominium, & potestatem habere.

3. Ex his subiicitur ratio dubitandi, qualiter in confectione Eucharistie vera ratio sacrificij inueniri possit? Nam cum Christus Dominus, qui est res oblatæ in Eucharistia (ut Doctores Catholicæ testantur) non mutetur, sed in se immutatus persistat, non videtur rationem sacrificij habere posse?

Quod

Quod si dicas mutari, quatenus sub speciebus panis, & vi-
ni per confectionem constituitur? Obstat, quia sub spe-
ciebus panis & vini constitutus Christus ab aliis sui muta-
tione substantiali, eo solum quod substantia panis & vini in
ipsum convertantur, quare mutatio non tam est Christi, quam
panis, & vini. Si vero dicas mutari Christum non per ipsum
destructionem, sed per novam illius reproductionem, ad
rationemque sacrificij sufficiens esse oblatum quilibet mo-
do mutari, sive desitione, sive noua productione, quia quilibet
ex iis mutationibus supraea potest recognosciri posse.
Obstat: quia incertum est et satis sub opinione pos-
sum Christum in hoc sacramento substantialiter reproducere.
At omnino est certum in hoc sacramento in sacrificium of-
ferti. Ergo ratio sacrificij ab illa opinione pendere non
potest.

4. Pro huius difficultate solutione primo statuendum est,
confectionem Eucharistiae Missam a sanctis Patribus, &
conciliis nuncupari. Nam esto Misla quae vox Latina est, pro-
priè & in rigore significaverit tum dimissionem eatechumen-
orum quam sacerdos, vel diaconus finitis orationibus,
& sacra lectione ante oblationem faciebat, tum dimissio-
nem populi Christiani que peracto sacrificio fit, teste Bel-
latino t.2.lib.1.de Miss. cap.1. At communis & frequenter usu
pro toto sacro vtratur, sicut fecit Ambros. lib. 3. epist. 33. &
Augustin. serm. 92. de tempore. & specialiter Tridentin. sess. 22.
cap. 1. initio.

5. Secundum in confectione Eucharistiae verum, & proprium
sacrificii offerri docuit Trident. sess. 22. cap. 1. & 2. & cap.
1. Alias Ecclesia Catholica nullum sacrificium habet, si-
quidem nec oves, nec boves in sacrificium offerunt, neque sub
haec ratione incensum adoleat, sed ut Deum adoret, & ex-
cellentiam illius recognoscatur.

6. Tertio, in praedicto sacrificio res oblata est Christus sub
speciebus panis, & vini. Sic enim Patri æterni offertur.
Tum ab ipso Christo ut principali offerte, tum à sacer-
dotibus, qui sunt eius ministri, ut latè declarat Trident.
loc. allegato. Quia ratione hoc sacrificium est infinita
dignitas. Neque panis, & vinum ad rem oblata huius
sacrificij intrinsecè pertinent, alias ea parte non esse sacri-
ficium summa dignitas, neque idem cum sacrificio, quod
Christus Dominus in atra crucis oblitus, cum ibi non fue-
rit panis, & vinum, neque aliquid loco illorum, quod si-
mul cum Christo Patri æterno oblatum esset. Refat ergo,
ut solus Christus sit, qui Patri æterno in hoc sacrificio of-
feretur.

7. Ex his rationibus dubitandi respondeo Christum Domi-
num in hoc sacrificio offerri, non prout est in se, sed prout
sub speciebus panis, & vini ex vi confectionis constitui-
tur, quia sub haec ratione ipse substantialiter mutatur, qua-
tenus in ipsum substancialiter mutatur, & vini convertitur, qua-
re mutatio sufficiens est ad veram rationem sacrificij. Si ex
communi sententiâ tradit. Suar. disput. 75. sed. 1. Aegid. de
Corinch. quæst. 83. articul. 1. dub. 4. Neque mihi probatur senten-
tia Vafq. disput. 220. cap. 3. numer. 2. & 6. & disput. 222. cap. 7.
& 8. afferentis ad rationem huius sacrificij nullam requiri in
reoblatâ mutationem, sed ex eo quod representent mutationem
alibi in se factam sufficienter rationem sacrificij for-
tuit. Distinguere namque Vafq. duplex sacrificium, aliud ab-
solutum, aliud commemorativum, ad sacrificium absolutum
mutationem rei oblatae expostulat, secus ad sacrificium
commemorativum. Hoc enim quia commemorat sacrificium
quod vere mutatum est, tamen ipsum non mutetur,
veram sacrificij rationem habet. Quod si obliuia inde sequi
sacrificia antiqua Christi mortem commemorantia veram sa-
crificij rationem habitu, tamen nullum in re oblatâ mu-
tationem habent: responderet ipse Vafq. nullatenus id ve-
rum esse, quia ad sacrificium commemorativum, quod si-
ne sua mutatione offertur, requiritur (inquit) quod res obla-
ta in eo sacrificio commemoret mutationem non alterius,
sed sui ipsius in alio sacrificio factam: cum autem omnia sa-
crificia antiqua non sibi, sed Christi mutationem præfigu-
rabant, ideo ob solam commemorationem rationem fac-
tum habere non poterunt. Secus Christus in sacrificio Mis-
sa oblatas, qui ab aliis mutatione mutationem in Chri-
sto factam commemorat. Non inquam mihi probatur hæc
doctrine. Nam esto sacrificium Eucharistiae commemo-
rativum sit sacrificij in cruce oblati, non ob eam solam ra-
tionem sacrificium est, sed quia ibi Christus sub speciebus pa-
nis, & vini Patri æterno offertur, & inveniente immolarur.
Præterea est doctrina nouiter inuenita ad effugandam diffi-
cultatem. Neque est nullus alius Doctor, qui eam admittat.
Omnes enim ad sacrificium propriè sumptum mutationem
rei oblatae requirent. Præterea quo Fundamento affirmatur
ad sacrificium sufficere, quod res oblatâ commemoret mu-
tationem sui in alio sacrificio factam, eodem affirmari poterit
sufficere, quod alterius sacrificij mutationem commemoret.
Hac enim commemoratione Deus author vita, & mortis si-
gnificari poterit. His positis.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars IV.

Quæstiōne respondeo confectionem Eucharistiae verum fa-
ciliū esse, quia media Eucharistia confectione offertur
Deo Patri eius Filius sub speciebus panis, & vini à legitimo
ministro in supremæ potestatis, & dominij recognitiō-
nem. Ergo est etum sacrificium, adeo enim legitimus mi-
nister qui est sacerdos, res oblata sensibilis, qui est Christus
sub speciebus panis & vini, cum sufficiente sui mutatio-
ne, ut supremum dominium, & potestas recognosciri possit.
Etenim sacerdos conficiens Eucharistiam ita patri æterno
eius Filium offert sub speciebus panis, & vini, ut ea obla-
tionē necessario substantiam panis, & vini deficiat, & in
corpus, & sanguinem Christi oblati, & mysticæ mactationem
convertat. Ergo offert Christum sub speciebus panis cum
sufficiente mutatione ad sacrificium. Nam vero Christus in
se non mutetur, sufficit quod quatenus sub speciebus panis
constituitur, mutationem, & mysticam mactationem recipiat.
Sub qua mutatione, & mystica mactatione æterno Patri
offertur. Ergo offertur cum sufficiente mutatione ad sacrificium, siquidem ea mutatione satis significatur Deum vitæ, &
mortis auctorem esse;

P V N C T V M I I .

An in sola confectione Eucharistiae sub una vel
dupli specie vera ratio sacrificij sita sit,

1. Proponitur quæstiō.
 2. In sola confectione essentia sacrificij consistit, reliqua par-
tes ad orationem, vel integratatem pertinent.
 3. Consumptio ad perfectionem extrinsecam sacrificij pertinet.
 4. In confectione unius tantum speciei veram rationem sa-
crificij esse qualiter probatur.
 5. Hinc plures inferunt posse Pontificem rationabili causa in-
tercedente dispensare, ut consecratio in unam tantum spe-
cie fiat.
 6. Verius est ad essentiam sacrificij Eucharistici utriusque spe-
ciei consecrationem requiri.
 7. Fit falso fundamentis oppositio.
 8. Iure diuino statuta est utriusque speciei consecratio.
 9. Pontifex dispensare non potest, ut sub una tantum specie
fiat consecratio.
 10. Satis est fundam. n.s. adductio.
 11. Aliud est sacrificium imperfectum facere, aliud imperfec-
tum relinquere. Illud non licet unquam hoc aliquando.
1. Ex superiori puncto constat Eucharistia confectionem
verum esse sacrificium. Superest inquirendum, an in sola
illa, an etiam in aliis confectionem comitantibus, vel
subsequentibus ratio sacrificij sita sit.
2. Et omisssis variis sententiis affirmandum est cum com-
muni in sola confectione essentiam sacrificij sitam esse, re-
liquaque actiones antecedentes, & subsequentes vel ad ornati-
vum, vel ad integratim sacrificij pertinere. Sic Azor. lib. 10.
inst. moral. c. 19. q. 2. Lessius. lib. 2. c. 8. sub. 2. num. 16. Suar. de
sacrificio misse. lib. 75. sed. 5. conclu. 1. & 3. Aegid. de Corinch.
quæst. 83. articul. 1. dub. 5. num. 84. & seqq. Vafq. disput. 222. per
rotum. & tradidit Irenæus lib. 3. cap. 23. num. 7. Cyprian. serm. de
evena Domini. Chrysostom. hom. ad prodit. 11da. Gregor. Nyfse-
nus lib. 4. dialogor. cap. 18. & alii relati à Vafq. dicta dis. 222.
cap. 5. Prior pars conclusionis scilicet in confectione essentia-
liam sacrificij sitam esse superiori puncto probata est. Quod vero in sola illa consistat inde probatur, quia ea sufficiet Christi
mors representatur, & Patri æterno eius Filius offer-
tur acuto ipso consecrationis, & ex intentione ministri, ergo nulla alia te indiget, ut veram sacrificij rationem habeat.
Quod amplius confirmari potest ex probatione secundæ par-
tis conclusionis, scilicet reliquas actiones confectionem
antecedentes, & subsequentes nullatenus ad essentiam sa-
crificij pertinere. Et in primis oblatio verbalis antecedens,
& subseqentis consecrationem nullatenus sacrificium integrat,
sed solus ornat. Tum quia Christus Dominus ea viis
non fuit nostre cœnæ, cum hoc sacramentum instituit, &
sacrificium consecrit. Tum quia ea oblatione Christus, qui
est in hoc sacrificio res oblatâ non muratur, sed potest sa-
pius supra eandem materiam repeti. Deinde fractio hostie,
& commixtio illius cum sanguine nequam sacrificium
Eucharisticum integrat, siquidem ea cæmerioria non legi-
mus Christum viam fuisse, neque ab eo esse institutam.
Alijs si nulla esset fractio, nec viam partem hostie sacer-
dos in calicem mitaret, sacrificium perfectum non faceret
contra D. Thom. ab omnibus fuit receptum quæst. 83. art. 6.
ad 6. Communio vero qua laicis inter sacrificandum conce-
ditur, neque sacrificium integrum est, alias omnes laici ossent
sacerdotes, neque est pars sacrificij, alias extra sacrificium
Missa concedi non possit, ne sacrificium imperfectum esset.
Solum de sumptione Eucharistia facta à sacerdote tempore
sacrificij restat probandum, non esse sacrificio essentiale.